



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Quid facienfu[m] pijs magistratibus dum à malis aut impijs impetuntur

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

ut pote inter quos summa uiget dilectio. De quo domi-
nus per Esaiam uaticinatur: Non afflent & non ua-
stabunt in uniuerso monte sancti mei, quia impleta
est terra sciētia domini, Esa. 11. Quin etiam si quae res
publica in manibus Christianorum, aut si princeps
quispiam Christianus fuerit, indubie quantum in eis
erit, habebunt etiam pacem cum extraneis à fide, a-
deoq; cum omnibus hominibus, Rom. 12. Quod si hu-
iusmodi ab impijs impetūtur, atq; id pro re quam cum
domino cedere illis poterunt, ut forte propter prouen-
tus aliquos, uectigal, aut aliam externam commodita-
tem, indubie declarabunt se cœlestium bonorum par-
ticipes, qui ita præsentia negligat, ut possint pallium
cum tunica cedere, ac duo ire miliaria cū eo qui ade-
gerit ad unum.

At si impijs tentauerint pios magistratu deīscere et
in totum dominari ipsorum plebi, quandoquidem cer-
ti sunt, diuinitus se super populum dei constitutos pa-
stores, & suæ fidei illum commissum, nequaquam sa-
nè (nisi diuino oraculo, ut per Hieremiam Iudæi iube-
bantur subiiscere se regi Babyloniorum, eius admone-
rentur) cedere illis debent. Præsertim si hostes illi ue-
rum dei cultū extinguere conentur, quales hodie sunt
qui antichristi regnum, ubi Christi regnum parum
emersit, restituere annituntur.

Propterea si ab huiusmodi Antichristi propugna-

LIBER III.

corib. pio alcui principi, uel reipub. propter pietatis
qualemcumq; restitutionem bellum indiceretur, consi-
lium uidetur illis dandum aut capiendū, quod cepisse
pientissimū regem Ezechiā legimus. Cōtra quem ubi
copioso exercitu aduentasset Sanherib rex Assyrio-
rum, et terrā Iuda deuastaret, excidiumq; urbi quoq;
Hierusalem minaretur, ante omnia ille deum, à quo
rex factus erat, inuocabat. Mox pacem, immensa ar-
genti & auri summa, nempe centenis talentis argenti
& triginta auri, redimere est annis, ut non tantum
quidquid æris in templo atq; thesauris regijs erat, ex-
hauriret, uerum etiam laminas quibus ipse fores tem-
pli exornauerat conflare cogeretur. Vbi id non suc-
cesserat, & omnino urbem occupare sanctam Assyrij
pararet, inito cū suis consilio, quidquid fontiū et riuos
rū in agro atq; uicina regiōe erat tegebat, ne haberet
hostis copiā aquæ, murū urbis instaurabat, ueterem et
nouū circūducebat: turres extruebat, Millo muniebat,
iacula atq; clypeos parabat, duces super populū cōsti-
tuebat. Tū conuocatis ad se ciuibus corda eorū ad spe-
randū auxiliū Domini oratione mire pia atq; forti eri-
gebat, declarans hostes niti brachio carneo, se uero do-
mino deo suo. Adhunc modum dispositis omniib; suoq;
munere diligenter obito, nihil reliquū habuit,
quam supplicibus precibus opem domini implorare,
quas etiam dominus exaudiuit, atq; liberationem ur-
bis, &

bis, et per Esaiam prophetam pollicitus, et mox quoq;
mirifice præstítit, ut per angelum suum una nocte cen-
tēa octoginta quinq; milia in exercitu hostili perde-
ret. Atq; ita hostem compulit propere ad suos fugere,
4. Reg. 19. 2. Paralip. 32. Pius ergo magistratus in
primis se domino committat, mox quacunq; ratione,
potius quam armis parare pacem suis satagat, modo
nihil cedat quod interfit gloriæ dei. Quod si hac uia
nihil efficit, neq; potest ab hoste pacem impetrare, ma-
gno animo utatur ad tutandum sibi diuinitus commis-
sos, quibuscunq; uti dominus dederit, munitionibus,
artibus, armis, uiris, uiribus, spe omni in deum colloca-
ta, ab ipsoq; uno auxilium ex liberationem expectas,
eaq; causa irremissis precibus ipsius bonitatē pulsans,
paratus simul animum ex omnia pro gloria ipsius
ponere.

Quum sic munus suum obeunt pīj magistratus, ci-
uium plane erit, ut uniuersi operam suam illis, imò tu-
tandæ reipub. atq; adeo gloriæ dei, pro uirili collo-
cent, ac simul omnia in discriminem ponant. Quandoqui
dem res pub. uelut unum corpus est, cuius caput ex-
istit magistratus, ciues omnes membra inuicem haben-
tur. SIMON. Quid uero te mouet ut sic sentias?

IOIADA. Quod idem deus noster est, qui
ex Iudeorum fuit: idem foedus ac testamentum (ut su-
prapatuit) quod cum illis atq; nobiscū inijt, nisi quod